

tristicia.

Diuidia. Sandapila.  $\tau$  plebeiorum fererum.  $\bar{n}$  Nilobium. Vispillo. i. baiulator cadaueris; Pollinctor. i. pollutorum unctor.  $\ddot{\tau}$  cadauerum curator; Suggrandaria.  $\bar{s}$ . infantium sepulcra. XL. dies  $\bar{n}$  habentium; Silicernius. senex.  $\ddot{\tau}$  curuus.  $\gamma$ , d $\ddot{r}$  sepulcri silicem cernens. Semones.  $\bar{s}$ . dii celo indigni.  $\gamma$ . priapus. E $\ddot{\alpha}$ na. Blatterare  $\bar{e}$ . uba cum metu balbutire; Luscitius. i. in die parum uidens. quem dicunt greci. miopes.  $\ddot{\tau}$  minopes; Orgya.  $\bar{g}$ .  $\ddot{\tau}$  sacrificia; Oria. i. piscatoria nauicella; Pumilio. i. mollis. Pumiliores.  $\bar{i}$ . molliores; Tituium. s. fila putrida  $\bar{q}$  de telis cad $\ddot{t}$ . Edentulus. i. sine dentibus; Capularis. i. i. morte  $\bar{q}$  capulo dignus; Promocdus. i. procurator pgni. i. Mnasitna i. vrceus. in $\ddot{d}$  Mnasitnatus; Antistare. i. pcellere; Iste $\ddot{a}$ .  $\bar{e}$ . nauis tabulata, ubi naute abulant.  $\ddot{\tau}$  sedent; Ramentum.  $\bar{e}$ . purgamentum proiecticum qdd $\ddot{a}$ .  $\ddot{\tau}$  pluviosa pestis; Veruina  $\bar{e}$ . genus iaculi; Coragium.  $\bar{e}$ . virginale funus; Lentaculum. i. gustatio.  $\ddot{\tau}$  prandium; Zelotes. i. Emulator; Tueta.  $\ddot{\tau}$  tucceta.  $\bar{s}$ . esceregi $\ddot{e}$ ; Meropola. d $\ddot{r}$ . qui unguentum uendit.  $\gamma$ . pigmentarius; Venustare.  $\bar{e}$ . exhilarare; Celibatus.  $\bar{e}$ . uirginitatis abstinentia; Exercitus. d $\ddot{r}$ . contemptus; Munis. lib. siue benign $\ddot{o}$ . In $\ddot{d}$  Munia. i. officia.  $\ddot{\tau}$  iussa. et Muniat. i. officiat. Immunis.  $\bar{n}$ . benign $\ddot{o}$ . hinc. Immunitas.  $\bar{i}$ . libertas; Peplum? matronale pallium ex purpura signalum u. f. w. was offenbar aus Isidor. origin. XIX, 1. ist.

ci

cellarii;

L. Lersch.

### *Henrici Keili Megalopolitani.*

de Uaticanis grammaticorum latinorum codicibus.

Cum latinorum grammaticorum codices, qui in Uaticanis bibliothecus seruantur, examinarem, temporis angustia astrictus hoc tantum singulari studio secutus sum ut uerba ex antiquioribus scriptoribus relata ad horum codicum fidem exigerem et si quid inter illos grammaticos inediti reperiretur, ea quae antiquiorum scriptorum testimoniis se commendarent descri-

berem, pauca etiam quae per se satis grauia videbantur aut describerem aut cum editis exemplis conferrem. Quae dum in aliud tempus, quoad quidem scitu digna inuenta erunt, seruo, operaे pretium facturum me arbitratus sum, si integrum omnium, quos hac ratione perlustrauī, codicum indicem concinnarem: ex quo quid a dilissimo penu exspectari debeat, quid frustra speretur, siquidem etiam quae sciri nequeant, accurate in hoc genere sciendum est, cognoscatur. Poterat autem multo accuratius res intelligi, si Angelus Maiu, qui cum bibliothecae Uaticanae praeesset, omnes huius generis codices examinavit, distinctam eorum notitiam exhibere, quam pauca quaedam eaque satis exilia, modo antea non edita essent, in lucem proferre maluisset. Quanquam enim ipsos librorum manu scriptorum indices pro arbitrio usurpare mihi licuit, tamen neque eo quo par erat otio codices examinare potui neque quosdam me fugisse ausim negare. Quo factum est, ut haec tractatio praeter argumenti tenuitatem non solum brevitate laboret, sed fortasse etiam imperfecta euasura sit.

Antiqua igitur Uaticana bibliotheca quamvis multos contineat grammaticorum codices, in his tamen pauci sunt, qui prae antiquioribus codicibus non debeant contemni. Nam cum eo tempore, quo primum nouo studio litterae colebantur, haec bibliotheca condita sit et multos Italorum, qui ea aetate de antiquis litteris bene meruerant, libros contineat, grammatici argumenti ei maxime codices inueniuntur, qui illa ipsa aetate ad haec studia promouenda scripta erant.

1480 fol. memb. saec. X. *Priscianus lib. I—XIII.* Additamenta quidem, sicut certis quibusdam locis in aliis codicibus inueniuntur, nulla praebet, sed bonas aliquot scripturas enotavi, quae hunc librum in noua Prisciani editione non negligendum esse me docuerunt. In fine libri octavi legitur: *artis prisciani uiri disserentissimi grammatici caesariensis doctoris urbis romae constantinopolitane praeceptoris mei liber VIII de uerbo explicit felicitur.*

1481 fol. memb. saec. XII. *Priscianus lib. I—XVI.*

1482 fol. chart. *Priscianus. lib. I—XVIII.* In fine libri XVI: *Prisciani doctissimi grammatici caesariensis doctoris liber XVIus explicit scriptus per me Ioannem franciscum d. honofrii d. picencardis cremonae ciuem 1471 die VI septembri. Commentum Ruffini de metris comicis . . Van-tius—restitisti* (grammat. lat. ed. Putsch. 2705—2724). *Omnia nomina — latius disertum inuenimus* (1299—1320).

1483 fol. memb. saec. XV. *Priscianus lib. I—XVIII fin. amare inter se* (P. 1212 extr.) In fine libri XV: *Ars prisciani cesariensis uiri eloquentissimi grammatici urbis rome constantinopoli doctoris mei liber XV de aduerbio explicit.*

1485 fol. memb. saec. XV. *Priscianus de accent. de num. et pond. de praec. rhet. Mauri Seruui grammatici de centimetrorum generibus libellus incipit* (P. 1815—1826). *τελος per nicolaum perrottum centimeta servii finiunt foeliciter. Apuleius de nota aspiratio-nis. nnis aspirationis — habeatur. Eiusdem liber de diphthongis. iphtongi — cetera Apuleii fragmentum de diphthongis quod in uelutissimo codice repertum est finit foeliciter per nicolaum perrottum quam ferrarie apud magnificum et ge-nerosissimum uirum D. guiliet GR esset et duodeuicesimum aetatis sue annum ageret. Consulti chirii fortuna-tiani ars rhetorica scholastica. Institutio prisciani grammatici de nomine incipit feliciter. Omnia — invenies* (P. 1299—1320).

1491 fol. chart. saec. XV. fol. 1 *Capri grammatici ars.* *Quo dicit haec via dicemus — ad similitudinem stellarum* (P. 2239—2246). 3 *Agretius* (P. 2265—2276). 5 Q *Rhemnius palaeomon* (P. 1365—86). 12 *Do-natus.* *Barbarismus estuna pars — uenit ad urbes*<sup>\*)</sup>. 15 *Seruius Nicomediensis.* *Oratio dicitur elocutio — contulit.* 24 *Aemilius Asper.* *Ars est — bona*

<sup>\*)</sup> Donati et Servii uel Sergii nominibus quae inscripta sunt cum ab eis quae Putschius edidit uehementer differant, ubique nihil nisi prima et ultima uerba posui.

(P. 1725—1736). 28 *Ternutius. Uerus. Metra vocata qui certis pedum mensuris atque spatiis terminantur — [De origine carminis bucolici] Appellatur autem buccolicum a bubus de maiore parte animalium quamvis opilionum capariorumque sermones in his et cantica inserantur.* 28 *Mangrobius opusculum. Dubitare neminem arbitror theodere filii — Epititus quartus.* (Argumentum totum metricum est.) 30 *Mallii theodori ars. Metrum dactylicum — turpis-simus.* 32 *Sergius Maurus* (in marg. *Centimeter*) *Clarissimo albino — intende laborem.* 34 *Pompeius Barbarismus est — appellatur barbalitus.* 35 *Metrorius. Vanq. de lictoris — an meliboei.* (Mai class. auct. III, 504—511). 37 *Maximus Victurinus. Liquentes autem — ultra una* (P. 1963—1974). 40 *Sergius de clementis. Litera dicta est quasi legitera — cano troiae.* 43 *Donatus iunior. Uox est aer ictus sensibilis — cola et commata.* 45 *Albinus. Principales partes orationis sunt nomen et uerbum — [de interiectione] callidos homines et similia.* 49 *Focas grammaticus. Ars mea — similia* (P. 1687—1722). 58 *Artem uero latinitatis pureque — conseculturum* (P. 274—528). 118 *Q. Terentii Scauri de ortographia ad Theseum. Scribendi — ut squilla neque pre* (P. 2249—2254).

1492. 8. chart. saec. XV. *Uetustissimi capri grammatici liber elegantiarum uel orthographiae incipit. Quo ducit hacc via dicemus — stellarum* (P. 2239—2246). *Incipit liber Agroetii de commendatione capri libelli ad Pontificem Eucherium Proenium. Domino — diuinis amen. τελως. codicis uetustissimi capri grammatici elegantiarum et orthographiae* (P. 2265—2276). *Palemonis grammatici uetustissimi de partibus orationis liber. Omnia — dicta* (P. 1365—1386). *Incipit Ars donati grammatici in compendium redacta semel, postremoque rursus redacta in compendiolum et primo de oratione. Ratio dicitur elocutio quasi*

*oris ratio etc. Compendium Seruui grammatici ex grammatica donati sinit feliciter. A Putschii editione magnopere hacc discrepant. Asper grammaticus civis Romanus tempore Antonini philosophi fuit etc. Ars est — babo uua (P. 1725—1736). Carisi grammatici ars incipit. et haec omnia e diomede collecta uidentur nam queque iste dicit diomedes dicit. Coniugationes quas graeci anzygias appellant sunt apud nostros prima per a secunda per e tercia per i — Adiciunt quidam t ut lac quanquam lacte melius dicatur ut est apud Ennium in annalibus.*

1493 chart. 4. saec. XV. 1 *Ex Carisio grammatico. Metra uocata quae certis pedum mensuris — Appellatur autem buccolicum a bubus etc. miscentur. 5. Italia dicta est quod in ea magna bonum copia fuit — Peta impetus gladiorum. Vñ Cicero crusta est glacies. Eadem magis aucta et Petronii nomine inscripta leguntur in codice Urbinate 452. 7 Priscianus de accent. 14 de pond. et num. 19 Donat. Vox est aer — [de posituris] insuper eius tertiam partem. 25 Dona De figuris. Barbarismus — ad urbes. 33 Seruius honoratus Maurus. aquilino — longe sunt. 38 Eiusdem seruui libellus de littera incipit. Littera est minima — interdum in loco. 40 Ars est unusquisque discipline comprehensio — [de interiectione] pape. 46 Proemium. Decussis syllabis uniuersis pedes tam simplices — contuli semel uel potius XX Finis. Seruui grammatici institutiones de arte et metris finiunt feliciter. 51 Clarissimo uiro albino — iuppiter deorum. Sequuntur aliquot schedae vacuae. 56 Primum ante diluuium Enoc — ut Uirg. speluncis abdidit atris. sinit de littera. 66 Incipiunt fragmenta ex Mario Uictorino de orthographia. Nunc res admonuit. 74 Ex his alia integra — restitisti (P. 2708—2724). Praecedunt aliquot schedae vacuae.*

2714 chart. 4 saec. XV. *Donatus de barbarismo. Barbarismus — ad urbes. Priscianus de accent.*

2715 chart. fol. saec. XV. *Priscianus lib. I—XVIII. De littera. Littera est nota — euax (P. 1285—1300).*

2717 memb. 4 saec. XII. *Priscianus. l. XVII et XVIII. fin. ideo dixinus plerumque quia inuenitur sepissime.*

2718 memb. 4 saec. XIII. *Priscianus lib. I—XVI. artis prisciani discretissimi grammatici cesariensis urbis rome constantinopolitane preceptoris mei l. XVI explicit feliciter.*

2719 memb. fol. saec. XIII. *Priscianus lib. I—*

XVI. Post librum quintum inserta sunt uerba iam ex aliis codicibus edita *Hoc penum sqq.*

2720 chart. 4 saec. XV. *Priscianus*. fin. [Qui tertio loco participium posuere —] nomen et aduerbium et pronomen.

2721 memb. 4 saec. XIII. (XII?) *Priscianus lib. I—XVI* fin. si te nulla mouet. In prima scheda leguntur haec, quae ad codicem Priscianeorum originem cognoscendam pertinent: *Flaccus theodorus dionisiu viri | discretissimi memorialis sacri | scrinii epistolaru et adiutor | viri magni questoris sacri pala | cū scripsi mea manu artem prisciani | grammatici do-ctoris mei in | urbe roma constantinopo | li die Kalandarū octobrium | inductione quinta olibrio | viro clarissimo consule |*

2722 memb. 4 saec. XIII. *Priscianus lib. I—XVI.*

2723 memb. 4. saec. XVIII. *Priscianus lib. I—XVI.*  
In fine libri XV: *Artis Prisciani disertissimi grammatici cesariensis doctoris urbis rome constantinopolitane liber XV ex-plicit de aduerbio.*

2724 memb. 4 saec. XV, nisi quod aliquot schedae antiquiores sunt. *Priscianus lib. I—XVI.* Ultimi tres codices post librum quintum verba modo indicata inserta habent.

2725 memb. 8 saec. XV. *Priscianus de XII Uirg-uerss. P. Ruphini Anthiocensis disser. gramm. com-men-tarium in metra Terentiana. QVincius in commen-tario — pulchra libens* (P. 2705—2713). *Donati grammati-ci nobilissimi de barbarismo soloecismo meta-plasmo atque schematibus. Barbarismus est — ad urbes. Remi fauini de ponderibus et mensuris libellus incipit.* In fine legitur: *Quod repertum est in exemplari ue-tustissimo non tamen satis emendato ut cerni licet. Marius Uictorinus. Nunc res — ιεροι* (P. 2449—2470). *Quod re-pertum est ex Mario Uictorino de orthographia uel analogia feliciter. Ualerii probi grammatici nobilissimi de regulis iuris notarum lege feliciter. Est etiam circa — et edicto . quod repertum est.*

2728 chart. 4 saec. XV. fol. 97. *Ex apulegio. Diph-tongi quibus ueteres utebantur 103* Barbarismus est una.

2930 chart. 4 saec. XV. f. 31. *Uictorini opuscu-lum. Nunc res admonuit. Ex epistolis Cassiodori.*

3027 memb. 4. saec. XV. f. 59. *Prisciani gram-matici de versibus Terentianis liber incipit. Cum non solum — spondeos habent* (P. 1319—1330). *Vanthius in commentario — restitisti* (P. 2705—2724).

3312 memb. saec. XII. *Priscianus lib. XVII et XVIII.*

3402 chart. 4 saec. XV. „ex libris Fuluii Ursini“.

1. *Velii Longi de ortographia. Necessarium — quoniam foedi* (P. 2213—2238). 22 *Adamantii siue Martyrii de b muta et u vocali. Artem quibusdam grammaticam — servare desyderant.* 37 *Cornelii Frontonis exempla elocutionum. Abundans — maximam esse graecorum.* 69. *Atilii Fortunatiani ars. Secundus pariambus — facultatibus* (P. 2617—2685). 80 *Distinctio est temporis et sensus finitio etc. Sequitur mox De chria, de poematis, de accentibus, fintanton' me chrie dignum duxisti.* 81 *Donatiani fragmentum. Ars grammatica accepta ex auditione Donatiani — i terlia s. declinatione.* 83 *Ars Fortunatiani. Etsi scio — iambici erunt* (P. 2685—2706). 100 *Ars Caesi Bassi de metris. Maecenas — Mimica* (P. 2663—2672). 106 *Principia artis rhetorice summarim collecta de multis: Ascathomata a Iulio Seueriano. Forsitan me usurpatorem — usu sculpta permanscrint.*

5203 chart. 4 saec. XV. 1. *Glossarium. Abiurare est rem creditam negare — Ulobalsamum lignum etc.* 118 *Inter polliceri et promittere — Inter basium et osculum. Apuleius de aspirationis nota.*

5245 chart. 4 saec. XV. *Apuleius de nota aspirationis.*

5216 chart. fol. saec. XV. 1 *Atilii fortunatiani ars. Secundus — facultatibus* 7 *Donatiani fragmentum. 7 Ars fortunatiani. Etsi — erunt.* 13. *Ars Caesii Bassi de metris.* 18 *Principia artis rhetorice.* In his omnibus consentit codex cum Uatic. 3402. 31 *Incipiunt glossae Placidi grammatici* (Mai class. auct. III, 427—503). 53 *Incipit expositio Uirgiliana continentiae secundum philosophos moralis.* 59 *Velii longi de ortographia.* 70 *Adamantii siue Martyrii etc.* 77 *Cornelii frontonis exempla elocutionum.* Cf. cod. Uatic. 3402.

(Continuabitur.)